



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De bello haereticorum aduersus regnum Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Gentilium post illam synagogā.

*De bello hæreticorum aduersus
regnum Christi.*

CAP. 28.

Nvado erat iam ecclesia Christi, nacta pacem ex Gentilibus & en secundū animal vrsus, de quo Daniel. 7. erupit hæreticorū Dan. 7. persecutio videlicet, licet enim in veteri synagoga non defuerint hæretici Zaducæi, Pharisei, &c. & hodie apud Iudæos sint recepta 17. genera hæreticorum. Tēpus etiam Apostolorum non fuit expers illarum pestium, quod habuit Hebionē, Cherintū, Nicolaum, pseudoapostolos, hermogenem, Alexandrū, Erarium, &c. id genus mōstra hæreticorum. Attamen nulla hæresis tantum inualuit, quantum illa Arrij: de qua Hieronym. 24. quæst. 3. Resecandæ: Arrius in Alexandria scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressa est, totum mundum eius flamma populata est. Is Arrius presbiter Alexandris, habens speciem sanctimonix, & nonnihil eruditionis: cum ambiret episcopatum Alexādrinum, & alius fuisset electus epi-

M

scopus Alexander, videlicet, vir sanctus
 & eruditus, coepit in inuidiam & Eccle-
 siae & Alexandri inuulgare haeresim Ha-
 bionis & Cherinti, extinctam aduersus
 diuinitatem Christi: sed maiori astu. Na
 dicebat illum productum ante omnia si-
 milis substantiae cu[m] patre, sed non *omnino*
 id est vnus substantiae: & erat quando no[n]
 erat, id est quod pater praecessit filium, &
 fuit tempus quod non erat filius, qui ha-
 buit secundum eum prius non esse, qua[m]
 esse: non igitur fuit aeternus. erat ergo
 creatura, quia omne non aeternu[m] est crea-
 tura. Cui respondent Ambrosius, Augu-
 stinus, & Hylarius in lib. quos ediderunt
 de Trinitate, aliique plurimi, tam ex Grae-
 cis, quam Latinis. Ille intercedente quo-
 dam sacerdote discipulo suo, circunue-
 nit Constantiam filiam Constantini, cu-
 ius opera descruerunt ad Arrianos tres fi-
 lij Constantini, Constantius, Constans,
 Constantinus iunior, Catholicorum cru-
 delissimi persecutores. Contra Arrium
 eo adhuc superstite, & Constantino pri-
 mo, factum est concilium Nycænum in
 Bytina, 318. episcoporum, vbi damnatus
 Arrius cum suo dogmate: heretici autem

co
 ce
 pe
 cle
 nu
 ue
 pr
 in
 Ex
 Di
 ue
 ro
 pu
 Ge
 dic
 nu
 ges
 sed
 the
 Pa
 In
 ca
 illa
 no
 Illi
 gui
 te c

contra illud concilium congregarūt sua conciliabula. Laodiceæ & Arimini cœperunt perfequi columnas catholicæ ecclesiæ: Athanasius Episcopus Alexandrinus fugit, & latuit in puteo 6. annos Treueri, in Gallia Belgica: omnes siquidem principes cum imperatore coniurauerāt in illum, cui nusquā patebat tutus locus. Exulat Eusebius Vercellensis Episcopus, Dionysius Mediolanensis, Paulinus Treuerensis, Hylarius Pictan. Martinus Turon. Tunc erant Arriani liberius episcopus Rom. Chyrellus Hierosolymitanus, Georgius Alexandrinus, Auxentius Mediolanēsis: omnes hi episcopi intrusi manu hæreticorum explosis catholicis, reges Gotthorum & Vuandalorum. Hanc sectā susceperunt Theodoricus rex Gotthorum. sæuit in Italia qui occidit Ioan. Papam, Symmachum & Bœtiū Gotthi. In Gallia & Hispania Vuandali, in Affrica maximè Genfericus & honoricus, in illa plures martyres quam sub Diocletiano. Vocabant catholicos Homousianos. Illic magna miracula & viri præcisus linguis loquebātur. Theodoricus mala morte occisus est à Deo, qui visus est post

mortē quomodo à Ioan. papa symacho
 & Beatio iactaretur. In os Vulcani alij pes-
 sima morte extincti sunt, Bellizarius ma-
 gister militiae Iustiniani expulit Vuanda-
 los ex Affrica, in Hispania suasu sancti
 Ysidori episcopi Hispal. & Leandri, Ri-
 chardus rex Gotthorum suscepit fidem
 catholicam. Illa persecutio Arrianorum
 prorogatur vsque ad tēpora Moricij Im-
 peratoris, & Greg. papæ. In illa persecu-
 tione multi de sectis & dissentionibus
 Christianorum scandalizati, descuerunt
 ad paganismū, cum essent recenter Chri-
 stiani: alij facti Machometani, sicut ho-
 die multi ob diuersa dogmata & schis-
 mata Christianorum fiunt Machom. alij
 sunt sequentes doctrinam Platoniorum
 & philosophorum, asserētes tantum vnā
 primā causam, negantes Christum, Moy-
 sen & Machometum. Numeratur inter
 persecutiones ecclesiæ vndecima à Con-
 stantio filio Constantini in qua innume-
 ri trucidati sunt, etiam super altaria, vt
 prædixerat sanctus Antonius, templa &
 altaria profanata, multi exilio damnati.
 At non euasit manum Dei Constantius.
 Nam statim vbique insurrexerunt bella

contra eum, & nūquam pace potitus est: tandem inopinata morte infœliciter cōcessit fati. Contra illum inuehitur Hylarius. In Tholosanā (inquit) ecclesiā exercuisti furores: clerici fustibus cæsi, diacones plumbo elisi, & in ipsum (vt sanctissimi mecum intelligunt) Christum manus missæ. Arrius viam munivit Machometo, cuius fuit præcursor. Duodecima persecutio suscitata est à Iuliano apostata, iandudum Christiano & diacono nepote & filio adoptiuo Constantij, qui adortus est Ecclesiā doctrina sua, & libris à se editis contra religionem Christianā, cui respondet Cyrillus. Item supprimebat scholas Christianorum & incēdebat libros, plus nocuit suo astu, quàm armis: qui sanguinem Christianorū deuouerat idolis, proficiscens ad bellum Persarum in quo occisus à S. Mercurio martyre iam vita defuncto. Cum regnasset annū vnū & septem menses: qui moriens impleuit manum suam sanguine fluente à vulnere eius, quem iaciens in cœlum, clamauit: Vicisti tandem Galilæe. Vnde maximopere aduertendum est quomodo Dominus vltus est de persecutoribus ecclesiæ.

Zach. 2. Nam *Zach. 2.* Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, ex *Orosio* libr. 7. Sicut fuerunt 10. Imper. Romani Ethnici persequentes ecclesiam Dei, ita Dominus inflixit decem plagas eis sicut olim *Ægyptiis*: quot bella amissa Romanis, quot fames, pestes, terramotus, fulgura de cœlo, ægritudines, horrendæ mortes, Tyrannorum in illa immanissima persecutione 270. annorum, triumphat ecclesia sine armis, profligatur idololatria quod nunquã potuerunt prophetæ: reportat spolia. Nam pro vno qui occidebatur, mille conuertebantur, ex *Tertuliano* enim sanguis Martyrum fuit seges ecclesiæ, quæ est terribilis & fortis vt castrorum acies ordinata, dominatur in medio inimicorum suorum. *Matth. 16.* Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, extinguuntur regna, monarchiæ, &c. At manet ecclesia inexpugnabilis, reportat coronam triumphii, *Matt. 5. 2. ad Timoth. 4. Apoc. 3.* Accusabunt sancti olim suos persecutores. *Sap. 5. & iudicabunt, Matth. 19. 1. ad Corinth. 6. Sap. 3. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Triumphat etiam de hæreticis: Arrius horribili morte perit: Na*

Matth. 5.

2. Timot. 4.

Apoc. 3.

Sapient. 5.

Matth. 19.

1. Cor. 6.

Sapient. 3.

cum esset disputaturus cum Alexandro episcopo Alexandriae Constantinopoli, cum ventrem purgaret, emisit omnia intestina, sic de aliis, Matth. 15. Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, &c. Deu. 32. Vbinam sunt, cessare faciam ex hominibus memoriam.

De bello Machometi aduersus

Ecclesiam Christi.

C A P. 29



Ubi ecclesia Christi esset in pace En. 3. bestia de qua, Dan. 7. scilicet pardus, varij coloris, id est machometus, à quo cœpit quinta monarchia, quæ plus nocuit Ecclesie, quàm omnes monarchiæ, vel imperia orbis: de qua Dan, 2. & 7. & bona pars, Apoc. & sybilla Erithræa de qua supra item beatus Methodius martyr fusissimè. Ista secta complectitur omnes errores priscorum hereticorum, sed præcipuè constat ex quatuor sectis hæreticorū scilicet Berilli episcopi Bostraneæ ciuitatis Arabiæ, qui dicit Christum cōceptum ex spiritu seu flatu Dei, & esse tantum hominem, cum Hæbione, Chærinto, Arriano, Photino, &

M iij